

feror uastitatem babrloniā & iniquitatem hostium · ꝑ quā opprim̄
dus sit populus meus; Sin autem sequimur Lxx · In eo q̄d dixere · quia
amaro uerbo meo ridebo · praeuaricationem & miseriā inuocabo ·
hic sensus est; Scio praesentem tristitiam futuro gaudio cōmutan
dā · iuxta illud quod scriptum est; Beati flentes quoniam ipsi ride
bunt; & idcirco miseriam & iniquitatem afflictionemq; libenter
sustineo · ita ut cupiam & inuocem eas, & breuitatem iniuriae fe
5. licitatis & ernitate compensem; Quia factus est mihi sermo dn̄i ·
5. in opprobrium & in derisum tota die · & dixi; Non recordabor eius
5. siue non nominabo dn̄m · Nec loquar ultra in nomine illius, & factus
5. est in corde meo quasi ignis exaestuans Claususq; in ossib; meis · &
5. defeci siue dissolutus sum · ferre non sustinens; Audiui enim contume
5. lias siue uituperationem multorum · & errorem in circuitu · siue con
5. gregatorum undiq; ꝑsequimini · & persequamur eum; Clamante
me atq; dicente · quod iam babrlonius uenit & exercitus · & omnia
hostilis gladius praedaretur · uersus ē · mihi sermo dn̄i in opꝓbrium
atq; derisum · dū tarditatem ꝓphetiae putant esse mendacium; Quā
obrem in mea mente decreui ut ultra ad populum dī uerbis non loque
rer · Nec nomen illius nominarem; Quod cū pudore superatus · uere
cunde quidem sed stulte constituissem? factus est inquit in corde meo
quasi ignis exaestuans · claususq; in ossib; meis siue undiq; dissolutus sū ·
ita ut ferre non possim; Conceptus enim animo sermo diuinꝰ · nec ore ꝓ
latus ardet in pectore · unde & paulus loquitur; Si euangelizauero n̄ ē ·
mihi gloria · necessitas enim mihi incūbit; Uae enī mihi ē si non euangeli

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0195